

in quibus Spiritum S. operosissimum esse certum, si enim fidem producit, quidni antecedentia, eaque ad ordinem salutis pertinentia?

II. *Solennis abrenunciatio in baptismo Diabolo facta & omnibus ejus operibus, quam AVGVSTINV S in loco supra allato recte urget, pollicetur enim infans peccatorum horrorem & aversionem non saltem in annis adultis præstandam, verum etiam in ætate infantili, hanc vero stipulationem non esse inanem a nostratibus adversus Calvinianos & alios defenditur. Conf. Magnifici Domini Præsidis disputationes de ἐπεροτύματι baptismali per Abrenunciationem & professionem. Et MEIERV S de initamentis novellorum Christianorum.*
p. 62.

III. *Aequalis intentio Dei erga homines, ut convertantur & vivant, quam ad Infantes quoque pertinere quis dubitet? quando itaque per baptismum regenerantur, simul convertuntur. Conf. Calov. System. Theol. T. IX. p. 13.*

IV. *Mandatum universale de prædicando evangelio omnibus creaturis rationalibus, tametsi usu rationis nondum pollutibus, cum dudum a Nostratibus probatum, eum in negotio salutis quoad infantes speciatim non requiri, Mattb. XVIII, 19. 20. Marc. XVI, 15. 16.*

V. *Natura & indoles verbi, quod ubique habet hanc vim, ut lege terreat, & evangelio erigat, ab utraque hac operatione infantes excludi nequeunt. Recte igitur tribuitur Infantibus confessio cordis coram DEO, tametsi non expediti queat confessio oris. THVM M. Impiet. Phot. p. 597.*

VI. *Vocabuli μετανοεῖν indoles, quæ contritionem secundum suum formale spectatam simul importat, adeoque non fidem solam denotat. Atqui τὸ μετανοεῖν omnibus hominibus ex æquo annunciatur atque mandatur a Johanne, Christo & Apostolis.*

VII. *Fru-*